

breviores habet, has per medium ferre corpus expandit. *Corpore* quoque est recurvo, et crassiore, grandiore ventre.

Aelian. H. A. l. 2. c. 3. *Solitarios* esse captura arguit, singuli et pauci capiuntur. Cum aliquid metuant, ex mari exilire dicuntur, sed humilius volant.

TAB. XVII. TAB. II. *CVCVLVM* Graeci *κοκκυγα*, seu a sono, quo avis ejusdem nominis more obstrepit, ut Aristoteles et Athenaeus testantur; seu quod cum retibus capitur vocem *κε* exprimat, dicunt. *Psellas* *κοκκυγιον* nominat. Typhon apud Athenaeum cum τη γλυκη sit similis, cum Trigola eundem a quibusdam haberi prodit.

Totus pescis rotundus est carnosusque, vix tres libras superat. Toto corpore praeterquam in medio latere, in quo virga extenuibus squamis contexta protenditur, *glaber* est, in dorso a capite ad caudam duo squamarum ordines deferuntur. *Caput* ipsi magnum, osseum, angulosum, totum caelatum, alicubi *aculeis* munitum. *Rostrum* in duas longiusculas eminentias semicirculum constituentes terminatur. Super utrumque oculum superciliis loco bre-

vis, sed acutissimus et durissimus aculeus extat.

Utrumque branchiarum operculum alio et quidem longiori armatur. *Maxillae* extrema sui parte asperiores dentium vice funguntur. Ante pinnas, cartilaginei cirri, utrinque terni dependent. *Ventrem* habet planum. *Caput*, dorsum, latera et pinnas rubra. *Ventriculum* cum multis appendicibus satis carnosum. *Intestina* lata, inter se convoluta, et multa pinguedine obducta, *hepar* subalbidum sine felle. *Splenem* rubrum et parvum.

Littoribus ab Oppiano accense- *Oppian.*
tur. Aristoteles et Aelianus inter *Hal. l. 1. v.*
illos et pelagios ambigere dixerunt. *97.*
Inter Brasiliam et Portugalliam den- *Arist. H. A.*
sis agminibus volant, et aliquando *l. 8. c. 13.*
milleni, saepe centeni capiuntur.
Pinnarum magnitudine adjutus in
nando celer est.

Carnem habet plurimam, albam,
duram, et sicciam. *Diphilus Milvo*
praeposuit, quia friabilis, haud temere
salubrem censeas. Ab Hippocrate
in pituitosis morbis conceditur.
Romae frixus et aurantii malis succo ir-
roratus, editur, quidam nec elixum
aspernantur.

ARTICULVS III.

De Milvo, Hirundine Plinii, et Lyra.

TAB. XVII. TAB. I. 2. *MILVUS* seu *Milvago* Plinii idem
est cum *Hirundine* Graecorum
Rondeletii Aldrovando, *Graecis* *λεγεζ*. Oppiano *λεγεζ* id est *Accipiter*
dicitur, quod *Accipitris* species in-
ter aves *Milvus* fit. *Pinnis* caudaque
expansis *Milvum* avem omnino re-
fert, latis nimirum et maculosis. *Cor-
pore* est rotundo, oblongo, majori ex
parte nigro rubescente, aliquando
omnino rubro. Sesquipedalem men-
suram, vel maxime auctus non ex-
cedit. *Caput* habet osseum, quadra-
tum, durum, asperum, cuius pars
posterior duobus iisdemque magnis
et robustissimis aculeis, ad caudam
spectantibus armatur. *Branchiae* quae
tectae, opercula ossea in duos acu-
leos robustos desinentia gerunt. *Pin-
nae* stellulis maculisque variis asper-

guntur: *Squamiae* osseae, asperae et
triangulares serpentium more inter se
committuntur. *Cauda* unica atque
lata pinna terminatur. Quantum ad
interiora, *Lingua*, et palatum splen-
dere Sandaracum, vel Cinnabarim
superant, his noctu lux, ac si can-
dentes carbones ore continentur.
Ventriculus mediocris multis appen-
dicibus munitus est, *hepati* pallido
vesicula fellis committitur. *Lien* est
oblongus et subruber. *Uterus* bifi-
dus, ovis rubentibus refertus. *Cor*
angulatum.

Qui *Hirundinis* nomine Aldro-
vando ex Hispania missus erat, sub
oculis ex violaceo albicabat, cancel-
lis, quae ad aureum colorem verge-
bant, exceptis. *Alas* habebat longis-
simas et latissimas, ex caeruleo viri-